subinde ab alijs ad alia transuolantes. Scio magnum viru et doctrina principem
Philippum, sed non est idem scopus omnibus, proinde quae cunque occasio ad discendu
datur in ea animus tanque arcus intendi debet, nec ea est pensiculandum quid opstare
suauiter hariolando: quam quid intra nostri captus metas consistendo commode · resistendo
consequi possimus. Quamobrem si quicque Molane credis qui tibi statim istam vrbe
ingresso DEVS quamplurimum boni in sinum cumulatissime infuderit, tam paternam
eius beneuolentiam tota mente complexus, ad id quod praesens est omnia tua studia o-
nemque animi tui contentionem solicite et constanter accommodabis. Neque Vitteber-
ga te augebit scientia, neque Philippus, neque conferet ad faelicitatem tuam vel eruditio
vel omnibus numeris perfecta disciplinaru notitia, nisi in timore, fide, et innoca-
tione vnius aeterni DEI tuam ipse Spartem ornare satagens irretortis oculis ad
DEI voluntatem collimes, atque in eius adeo vnius benedictione spem tota reru tuarum collimes
ponas. Scholae vestrae constitutio mihi angusta videtur. lectiones splendidae et ad
explendam auiditate tuam satis idoneae. Nisi prorsus fallor si tibi ipsi non defueris
quae isthic tibi comparabis non longe infra Wittebergae splendorem subsident. Re-
spondi ad tuae epistolae capita. Nunc si quid de nostris rebus requiris. Ego ab aegro-
tatione non nihil leuatus sum. Laus sit DEO Seruatori nostro. Vxor mea in
longum morbum incidit ex quo vereor vt emergat, premimur etiamnu acerbis quo-
rundam odijs, a quibus sola me mors vindicabit. Haec atrox controuersia adhuc in
acie nouaculae sita est. Quod soleo (vt nosti) meos auditores monere, idem nuc te hor-
tor vt facias, nempe vt tuis studijs fretus, declines λογομαχίας superuacuas de
ijs ~~rebus~~ praesertim rebus, quarum fructus in vtendo quidem maximus, perexiguus
autem in disputando. In hyemem proximam huic scholae meam operam addixi, in-
uisam quidem ijs qui eam conduxerunt, sed tamen non prorsus inutilem iuuentuti.
eoque mihi religio est (quamuis hic anguste constringar) prius me hinc amoliri quam
me Dominus euocet ex hac statione, quae licet sit precaria, humilis et illaudata, quo-
niam tamen diuinitus assignata est sufficere debet aduenae ad caelestem patriam
anhelanti. et huius mundi contemptum professo. Dominus Jesus cui plus quam nos
totos debemus adiutet nos Spiritu gratiae et precum vt in seria agnitione conscele-
ratae huius naturae, partam ipsius sanguine reconciliationem fideliter retinentes trans-
igamus hoc aeuum miserabile tum lachrymis ac suspirijs, tum laudibus ac gratia-
rum actione. Salutem hic dixi quibus postulaueras. et isthic D. Rectori et col- foelices
legis res secundas ex animo precor, et tuis tuorumque aemulorum studijs felices pro-
gressus. Vale. 14 Cal. Septemb. 1547.

Tui studiosus Johannes Molanus.

D. Doctori Lamberto ab Haer. Nr. 16)

Clarissime simul et humanissime Doctor benedictus Jesus
seruet nobis integrum corpus, et animam incontaminatam per
sanctificationem Spiritus, ad nominis sui gloriam. Amen.

Tandem aegre impetratum est otium a laboribus et aerumnis nostris. vt Vxor ad [= Msc. a. 11:
vos mea isthuc iret. Ea sicut me non admodum adhuc confirmatu relinquit, ita ip- Nr. 140]
sa quoque sic infirma est, vt non sine periculo sese itineri committat. Attamen quo-
niam id eam morbi tenet, quod maxime recreatur exercitatione et oblectatione ani-
mi leuari solet. Tum autem quod Crolly filiu non audebam mercatoribus sine custo-
de coniungere: hortatus sum vt parentes suos et propinquos reuiseret, postremu id ipsu
(vt conijcio) factura. non quod desperem de valetudine ipsius, sed quod sumptus graui-
ores sunt quam vt e re nostra putem, eam crebrius isthuc transire. Quod binis iam li-
teris humanitatem vestram rogaui: idem nunc repeto. vt collegam mihi aliquem idone-
um conquiras. Id ~~erit~~ erit non solum pueris meis conducibile: sed mihi quoque ipsi ad

salutem

salutem necessariu ut qui horu paucoru annoru angoribus in seniu redactus εὐχα-
ζαρ ἐν γέροντι (ut Hesiodus ait) ἄνδρες [illegible]) non habeo tantu
animi aut spiritus in præcordys ut sine ulla intermissione, quotidie ab exortu solis
ad eius occubitu lasciuientiu pueroru studys seruire possim. hoc ipsum si queam
(ut qui[ui] certe hactenus) tamen non poterit esse diuturnum. præterea cum hic quasi
Timonis quodam viuam, sociu aliquem studioru cuius conuictu solitudinis tædium
leuem, requiro. Cum ante omnia cupiam amantem esse synceræ pietatis. Deinde lingu-
rum mediocriter peritu. et nonnihil etiam exercitatum in rudimentis artium
Mathematicarum. præsertim Geographiæ. Si quem eiusmodi Dominus vobis
monstrauerit is poterit comes esse uxori reuertenti. pro modo doctrinæ et operæ
erit et mercedis mensura. nolo magnifice polliceri sed tamen illud affirmo si
quis idoneus veniet nisi fastidiat humilia (nos enim hic nihil magni sumus) ne-
quaquam eum nostræ consuetudinis pœnitebit. Si recusabit venire priusq de salario
cognorit age quæso de hoc cum mea coniuge. scis opes nostras, quod constitueri-
tis ego præstabo adiuuante DEO Patre nostro. Nec eum hoc commoueat, qu[od]
audio passim homo sectarius. Nam sicut antehac cum nemine de ulla parte
doctrinæ Christianæ pertinaciter contendi, sed quantum potui continui me in-
tra metas meæ vocationis, ita nunc postq a Domino seuere correptus sum pror-
sus me ab infelicis controuersiæ consortio abdicaui. paratus quidem pro mea
fidei captu doctrinæ simplicem confessionem libenter cuilibet reddere. sed de re su-
pra meam intelligentiam posita et hactenus cum horrenda Ecclesiæ dilaceratio-
ne utrinq nimis vehementer agitata nihil in disputationem adducturus, nec dis-
putantibus operam daturus, etiamsi hominum beneuolentia sciam mihi esse re-
nunciandum. Nemo est quem magis optem dari mihi quam eum cui olim in æ-
dibus tuis Augustinum de ciuitate DEI relegendum donasti, sed vereor, ut a
culina sua nidore reuelli possit, si posset, omnia et mecum (excepta uxore) com-
munia essent. Sodalibus eius bene cecidit emigratio, ipse cuius imprimis cau-
sa id periculi adiueramus in medio luto hæsit. Res nostræ sunt humiles et af-
flictæ quales solent esse sperantiu in DEO. Pater Jesu Christi instauret, fulci-
at ac stabiliat nos in fide et conscientia bona per Spiritum sanctum qui ob
remissionem peccatorum, et exuscitet ea ad ardentem in-
signet cordibus nostris, [p]remissionem peccatorum, et exuscitet ea ad ardentem in-
uocationem unius æterni DEI, in agnitione et fiducia mediatoris et seruatoris
nostri Jesu Christi. Vale. Colende Mæcenas. Bremæ calend. Septembris
1547. De pueris scripsi literis superioribus, plura uxor dicet vobis mul-
tis nominibus obnoxius

Johannes Molanus.

Pax Christi.

Nr. 17]

[= Ascr. a. 11. Nr. 141]

Charissime Stedinghe.

Respondeo tuis et elegantibus ad me et prolixis literis breuiter et incondi-
te, non sane quia piget pluribus colloqui cum adolescente pio et nostri amantissi-
mo. sed quia sic afflictum mihi est longa ægrotatione corpusculum, ut non nisi
stans et ægre et cum crebra intermissione scriptitare possim. Quod meu qualecunq
consilium non asperneris, precor filium DEI ut tibi bonum sit ac salutare. sed
tamen nolim idipsum ullius esse apud te ponderis nisi idem alys prudentiori-
bus videatur. Henricus Wigboldus nuper ad me scripsit se quidem et loco
et magistris suis multu delectari, at nihilo secius subinde sibi animu Witteber-
gæ desiderio titillari, huic ego debilitaui hoc inutile desideriu, siquidem decet ἀγ-
ναπον ἐν τῷ πέδῳ, ut vulgo dicitur. Nec cuiuis homini contingit adire Philippu.
Tu autem qui DEI beneficio id boni consecutus es quod ille tuoru studioru ~~studiosum~~
æmulus non immerito maximum putat, quantum animo contendere potes tantu fac ut
aliquid isthoc loco dignu moliaris noctesq diesq, neq committas ut infra spem Bre-
mensiu et nostram de te pollicitationem tua vel eruditio vel integritas subsidat. Ha-
bet sua